



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

VI. Hieronymo Binu[n]cio de materia co[n]cionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)

magora Tullius. Tu igitur his non
vel consiliis, vel præceptis utere
arbitratu. Ut enim quæ tradimus
homini docto non placeant, volumus
nostra tibi non placere non poterit.

HIERONYMO BINUNCIO.

De materia concionis.

*Guilielmus
Abbas in
vita D.
Bernardi,
lib. I. c. 6.*

I V V S Bernardus, Bim
doctissime, primas concionum
nes obscuriores habuit, quæ
vt ab hominibus intelligi possent
enim sanctus orator subtiliter ma
quàm dilucidè loqueretur, tantum
rerum & abstrusarum, & admira
lium quasi tenuitas esset, vt acie
geret, surdis canere videbatur, sum
eum laboris, atque operis per
bat, quæ tamen concionandi
nitas diuturna non fuit. Nam doctus
adiutoreque sancto Spiritu, cuius
men flens, & lacrymās Bernardus
plorauerat, tam mirus concionandi
euasit, vt neque sermonis perspicua
neque argumenti utilitas, neque

tens illa, ac vehemens, qua animi fluctantur, desiderari iam posset oratio. Nam quo rem modo concepisset, animo, & cogitatione comprehendisset, ita explicabat, quæq; sibi persuaserat, etiam auditoribus persuadebat. Ergo Bernardi sanctitas cum incredibili sapientia coniuncta inter potentissimos reges pacem, & concordiam sapienter constituit, dissidentes à Christi Vicario tyrannos ad rectam sententiam, & Apostolicæ sedis cum salutarè, tum maximè necessariam obedientiam reuocauit: discordes ciuitates atque reipublicas firmissimis fœderibus sociavit: pro summi antistitis dignitate fortissimè propugnauit, à summis Pontificibus mandatas legationes piè, sanctèq; obiit, Catholicæ Ecclesiæ temporibus tēpus omne transmisit. Non enim tanti concionatoris virtus exiguis se finibus tenuit, sed omnem ferè mundum cōplexa vberrimos fructus tulit. Equidem Binunci dignissime nunquã diui hanc Bernardi historiam vel lego, vel audio, quin cōciones illas

T remin-

reminiscar, quibus adolescens vete-
 ris, sic accuratis, obscuris, magnificis
 vt earum laudaretur inuétio, acumen
 docti homines mirari potius, quam
 imitari se posse confiderent. Ista ve-
 tustas & grandior, & melior, vt se Deo
 bone perfecit, & perpoliuit! vt illa
 leriter abiecit, quæ iuueniliter dici
 debantur! Auditorum vtilitate,
 morum correctione nil habes an-
 quius, nilque aliud in concionando
 spectas, nisi vt populo profis. Mare
 est planè moralis, qualem oportet
 concionum. Nam cum finis legis
 Paulus ait, non sit ostentatio discipu-
 lina, sed charitas de corde puro, & con-
 scientia bona, & fide non ficta, qui
 qui ita se in concionando gerit, vt
 blem in fide erudiat, de Deo bene
 rare iubeat, à flagitiis abstrahat, qui
 rum sibi mens conscia non graui-
 angit, & excruciarum non potest, mu-
 tudinem igne charitatis accendat,
 vt excitaret, Christus venit in mun-
 dum diuine huius artis, infra quam
 teræ artes sunt, præclarum credamur
 tific

*1. Ad Ti-
 moth. 2.*

Luc. 12.

tificem. Itaque & à diuo Francisco, &
 à sancto Dominico eius æquali in iis
 legibus, quas suis sectatoribus sanxe-
 runt, cautum, statutumque est, vt ni-
 hil aliud monachi concionantes di-
 cant, nisi quod ad virtutis studium
 scelerisq; odium possit incitare. Atq;
 ea de causâ & felicitatis æternæ præ-
 miû, & inferorum perpetuos crucia-
 tus assiduè repetere iubent, ac frequè-
 ter iterare. Christianis enim oratori-
 bus illud esse propositum debet, vt ho-
 mines à vitiis deterritos ad virtutem
 cohortentur. Magis autem recondite,
 secretæq; intelligentiæ quæstiones sa-
 nus & sapiens reticebit orator. Qui ve-
 rò quid in quoque vitæ genere facere
 necesse sit, è suggesto explicant, con-
 cionatores optimi sunt. Nam Christi
 præcurfor in tradendis vitæ præceptis
 quid vnicuique consentaneum esset,
 exposuit, publicanorumq; & militum
 officia luculenter explanauit. Quid
 Paulus? nonne parentibus, liberis, ma-
 ritis, vxoribus, dominis, seruis vitæ of-
 ficia præscribit, omniumq; ordinum

Luca 3.

Ad Tit. 2.

T 2 mira-

mirabilem se præbet institutorem, magistrum? nihil tamen prudens concionator affirmet, quod dubium, controuersumq; sit, nihil ponat esse meritiferum, de quo auditor doctus possit ambigere. Sacramentorū vsus longe saluberrimus hominibus est à bono concionatore cōmendandus. Ad misericordiam magis, magisq; in hominum animis frigescentem ardentius mis est verbis auditor incitandus. Quod ex Christi lege, & Euangelio concionatur, & dicit, conari, enitiq; debet, curæ parentibus sit educatio filiorum.

*In epist. ad
Salutam
de Siduuta-
re seruada.*

*Non enim, ut diui Hieronymi verbi-
tar, parui est apud Deum meriti bene
educare. Contra verò grauissimum
gitij est, in hac re esse dissolutos.
enim, ut idem Hieronymus ait, per-*

*In epist. ad
Latam de
instit. filia.*

*etas, & sui iuris imputatur parētibus, qui
to magis lactens, & fragilis, quæ in sta-
tentiam Domini ignorat dextram, & sinis-
stram, id est, boni & mali differentiam.
sollicita prouides, ne filia percutiatur à
ra, cur non eadem cura prouideas, ne feri-
tur à malleo vniuersa terra. Ne bilis*

*aureo calice Babylonis, ne egrediatur cum
Dina, & velit videre filias regionis alienæ.*

Genes. 18.

Itaq; Abrahamus charissimus præpo-
tenti illi Deo fuit, & in secretorū par-
tem, noticiamq; vocatus, quòd esset
filiis, ac posteris sancta, & salubria vi-
uendi præcepta daturus. Maximè au-
tem Christiano oratori curandum est,
contendendiq; in eo nerui omnes, vt
quæ publica vel flagitia, vel maleficia
erunt, ex pagis, ex oppidis, ex vrbibus
extirpentur: perniciosæ consuetudi-
nes, vsusq; foedi tollantur. Qui enim
serio cōcionatur, quiq; Apostolorum
imitator est verus, nihil extare finit,
quod oculos possit offendere, & ani-
mis graue vulnus imponere. Noster
quidem dux, & pater Ignatius id sem-
per spectabat in concionibus, quas ad
populum habuit, vtq; publicam cau-
sam, publicam & salutem, & verecun-
diam tueretur, summa ope contendit:
itaq; perniciosis sublatis moribus salu-
tares induxit, quo bono suam patriam
carere non est passus, exterminatis il-
lis, atq; reuulsis, quæ factu essent, visuq;

T 3

turpia,

*Petrus Ri-
badenera,
in Vita Ig-
natiij, lib. 2.
cap. 5.*

turpia, quæq; summo cum pudicitie
detrimento fiebant eò perniciosiora
quò temporis diuturnitas liberiora
faciliora reddiderat. Præclara illa
ui Augustini victoria tibi pro ista con-
ditione, ac sapientia ignota esse non
potest. Qua ex Mauritanie perantiqua
illa vrbe, quam Cæsaream appellatam
crudellem ludum, & nefarium rele-
uit: quo in ludo, (si ita eum nomi-
fas est) duo aduersi ciuium exercituum
lapidibus inter se tanta & immanitate,
& impietate decertabant, vnde à libe-
ris parentes, à parentibus liberi, à fratri-
bus fratres, à cognatis cognati, à
amicis amici necarentur. At Aug-
stinus barbaræ crudelitatis impatiens
aduocata cõcione inhumanam illam
consuetudinem grauissimis verbis
erat oratione & copiosus, & vehementer
accusauit, nec ante dicendi, vel fulgendi
randi potius & tonandi finem fecerit
quàm ex omnium lachrymis, & fleuibus
cognouit efferatas populi mentes
humanitatem, & lenitatem inclinari.
Ergò immane certamen auctore Aug-
gustino

gustino sublatum est, & salutaris eloquentiæ vis declarata, quæ inermis, & nuda impia Cæsariensium arma compresserit; luctuosumq; ciuium spectaculum ex Christianorū oculis in perpetuum remouerit. Vale, & te Augustini præbe simillimū, quem quanti facias tuarum concionū hortuli demonstrant maximi huius doctoris sacris, augustisq; fontibus irrigati.

E I D E M,

De inutiliter concionantibus.

VANGELICVS concionator & verus Hieronyme doctissime pro virili sua parte contendit, vt flagitiis, sceleribusq; pulsus, ac profligatis virtus dominetur: à quo studio illi abhorrent, quos moralis pudet concionis: quiq; illa tractant quæ aëquis & auribus, & animis sceleratus attendit auditor. Sic enim de virtute disputant, sic inuehuntur in vitia, vt nec velle cæteris, nec sibi quæ dicant, persuasisse videātur. Nam huiusmodi concionibus deest ille dolor actionis,

T 4

qui